Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36643
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

hi et manipulari appellantur. Manipulos enim dicunt fas-
ces feni, quod manum impleant. Certa signa diversis picta
imaginibus secundum militarem consuetudinem exhibentur,
per quae exercitus in permixtione proeliorum agnoscitur. Bucina est
quo signum datur in hostem. Dicta a voce quasi vocina. Nam
pagani agrestesque ad omnem usum bucina ad compita con-
vocabantur. Proprie ergo hoc agrestibus signum fuit. De quo Persius: Bu-
cina cogebat priscos ad arma Quirites. Huius clangor bu-
cinum dicitur. Tubam Tyrreni primum invenerunt. Unde Virgilius: Tyr-
renusque tubae mugire per aethera clangor. Hanc enim antiquitus
praedonibus excogitatam cum dispersi circa maritimas horas
non facile ad quamque partis occasionem vocem bucinae et vo-
cantur, uno plerumque obstrepente. Haec postea bellis
certaminibus adhibita est ad denuntianda signa bellorum,
ut exaudiri prae conpectu tumultu non poterat sonitus tubae clan-
gentis attingeret. Tuba autem dicta quasi tofam, id est cavam;
item tubam quasi tibiam. Litem tubam autem et bucinam veteres
discernebant. Nam bucina insonat solicitudinem ad bel-
la denuntiabat. Virgilius: Quo bucina signum dira dabat.
Tuba autem plurimum indicabatur, ut ac tuba terribilem sonitum.
Cuius sonus variatur. Nam interdum canitur ut bella committantur,
interdum ut insequantur eos qui fugiunt, interdum receptui. Nam
receptus dicitur quo se exercitus recipit. Unde et signa receptui
canere dicuntur. Classica sunt cornua quae convocandi causa erant
facta, et a calando classica dicebantur. De quibus Virgilius: Classi-
caque sonant. Apparamalonas autem non tubes, sed are-
gina sistro vocabant ferique exercitus. De armis.

Arma generaliter omnium rerum instrumenta sunt. Unde et in tempo-
nitur armaria dicta sunt. Haec arma tela omnium generum,
sed arma sunt quibus ipsi tuemur, tela sunt quae emittimus. Nam arma
duplicia sunt, id est et quibus percutimus et quibus tegimur. Arma autem
proprie dicta sunt ab eo quod armos tegunt. Hasta arma et ab ar-
mis dicuntur, id est ab humeris, ut Leontes huic: hasta parmoque
acta timent. Vel apotu areos, id est a Marte. De gladiis.

Gladius generaliter dicitur est ensis ipsius, sed ensis ferrum tantum,
gladius vero totus. Proprie autem appellatur gladius, quod gulam dividit,
id est cervicem secat. Ad hoc enim primum factus est. Nam cetera membris
securibus magis ceduntur, collum gladio tantum. Acies autem gla-
dii ab acumine dicta. Capulus vocatur vel quia capulum est gladii
vel quia ibi capitur ut teneatur. Nam alias acies ferri sunt
aliud enim totum gladii. Sed et cuiuslibet teli acumen dictum a lon-
gitudine. Nam mucron Graeci longum vocant. Hic et ma-
chaera. Machaera autem gladius est longus ex una parte acutus. Framea
vero gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo spatam vocant.
Ipsa est et rumphea. Framea autem dicta quia ferrea est. Nam
sicut ferramentum, sic framea dicitur. Ac per hoc omnis gladius framea.
Spata a passione dicitur, Graece enim ubo, quod pati Graece dicitur pa-
ti. Unde et patior et patitur dicimus. Alii spatam autumant
Latine dictam, eo quod spatiosa sit, id est lata et ampla. Unde et
spatulam in pecoribus. Semispatium gladius est a media spa-
tae longitudine appellatus, non ut imprudentes vulgo dicunt semi-
spatium dum sagitta velocior sit. Pugio a pungendo et transi-
figendo vocatur. Est enim gladius parvus, utrimque acutus, lateri adhe-
rens. Haec et clunabulum dictum, quia erigitur ad clunem. Celido-
niatus gladius ferrum est latum, cui duplex in medio ac bisinuatus
in modum caudae hirundinis formatur. Unde et Celido-
niatus dicitur. Sica a secando dicta. Est enim gladius brevis, quo ma-
xime utuntur qui apud Italos latrocinia exercuerunt, a quo et
sicarii dicti. Traditur autem antiquitus quendam gladiatorem
in ludo eminentius gladium curvatum fuisset ex acie recta
percuteret, unde adhuc corrigendum, tamque a pugnante re-
spondisse: sic acpugnabo. Unde sice nomen datum est.
Secures singulas, quas non consules ferebant, quas Hispani ab
usu Francorum per derivationem Franciscas vocant, eas si-
gna portarentur aut usum perderet belli, aut vacans
spatium aspectum emitteret gladiorum. De hastis.

Hasta est contus cum ferro, cuius diminutivum facit hasti-
lia. Nomen autem hasta ab astu sumpsit. Unde et astu-
cia. Contus ferrum non habet, sed tantum cuspide acuto est.
Virgilius: Trinitasque trudes, et acuto cuspide contos.
Contum quasi contrarium. Est enim contus acutus ac rotunditate tru-
des armatae sunt, cum lunato ferro quas Graeci ablustra dicunt.
Trudibus autem quod trudunt et detrudunt. Virgilius: fer-
ratasque trudes. Venabula dicta quasi venatui
habilia, vel quia venientem excipiunt quasi excipia-
bulia. Excipiunt enim apros, exspectantque leones